

QVÆSTIONVM SVPER EXODVM

Gr̄entur fines ferrarum. Proinde intelliguntur hi an-
nuli fixi à ligno anfulis pependisse, vt extremas par-
tes ferrarū possent capere & continere. Et eriges, in-
quit, tabernaculū secundū speciem quę mōstrata est
tibi in monte. Et facies velamen de hyacintho & pur-
pura & cocco torto & byssoneta, opus textile facies
illud sup Cherubim: & super impones illud super qua-
tuor colūnas impubiles inauratas auro, & capita
earū aurea, & bases earū quatuor argenteę: & pones
velamen super colūnas, & induces illud interius vbi
velamē est, arcā testimonij: & diuidet vobis velamen
inter mediū sancti & mediū sanctū sanctorū: & coope-
ries de velamine arcā testimonij in sanctū sanctorū.
Hęc om̄ia manifesta sunt, interius intra velamē hoc
quatuor colūnis impostam fuisse arcam testimonij,
quā nō sic operiri iussit velamine, vt sup arce cooper-
culum iaceret velamē, sed vt cōtra mensam situere-
tur. Deinde dicit, Et pones mensam foris extra vela-
men, & candelabrū cōtra mensam in parte tabernacu-
li, quę respicit ad Austrū: & mensam pones in parte ta-
bernaculi quę respicit ad Aquilonē. Et iā hoc planū
est. Qd̄ autem sequitur, Et facies adductoriū de hya-
cintho & purpura & cocco torto & bysso torta, opus
variatoris: & facies velamini quinq; colūnas, & inau-
rabis illas auro, & capita earū aurea, & cōflabis eis
quinq; bases æreas. Cui vsui velamen hoc fiat quinq;
columnis extētum, post apparebit, nam hic nō appa-
ret: Vult enim illud esse velamē ostij tabernaculi hu-
ius, videlicet interioris, cui circūponitur atriū. Dein-
de iubet altare fieri sacrificiorū & holocaustomatū:
& dicit quē admodum fiat, nō dum autē dicit vbi po-
natur: sed hoc quoq; post apparebit. Hic iam de atrio
loquitur vsq; ad finē, quod circūponendum est taber-
naculo illi, de quo prius cōstituēdo locutus est. Et facies,
inquit, atriū, quod dicitur Græcē *αὐλά*, non *αὐ-
λά*, quod quidā interpretes nostri nō discernentes,
& hoc & illa aulea, quas auleas non aulas Græci di-
cunt, atria interpretati sunt dicentes, Et facies taber-
naculū decem atriorū: vbi decem auleorū dicere de-
bererūt. Nōnulli autē multo imperitiores, iamias in-
terpretati sūt, & aulas & auleas. Sicut autē in lingua
Latina inuenimus aulea, quas Græci auleas vocant:
ita quā illi appellāt *αὐλά*, nostri aulā vocauerūt. Sed
iam nō atriū isto nomine, sed domus regia significa-
tur in Latina lingua apud Græcos autē atrium. Ergo
& facies, inquit, atriū tabernaculo in latere quod
respicit ad Austrū, & tētoria atrij ex bysso torta: lō-
gitudine sit centum cubitorum vni lateri, colūnæ earū
viginti, & bases earum æræ viginti, & circuli earū,
& arcus earum argētei. Sic & lateri quod ad Aquilo-
nem, tētoria cētum cubitorum longitudinis, & colū-
næ earum viginti, & bases earū æræ viginti, & cir-
culi earum, & arcus colūnarum, & bases inargētæ
argento. Latitudo autē atrij quæ est ad mare, tēto-
ria eius quinquaginta cubitorū: colūnæ earum de-
cem, & bases earū decem: & latitudo atrij quod est ad
Orientē, quinquaginta cubitorum, colūnæ eius de-
cem, & bases earū decē. Hic iam videmus cōmemo-
rari colūnas ab Oriēte, cum loquitur de atrio, & eas
decē dicēs cum basibus æreis, sicut dixit etiā de Occi-
dētālibus, vbi difficillima oritur quæstio. Nam faci-
le est quidē, vt accipiamus ab Oriēte vnum ordinem
columnarū ad atriū pertinentium, quo tabernaculū
interius ponnes quatuor partes cingitur, quia non
habebat ex ea parte columnas tabernaculū interius,
Ab Occidente autē vbi iam erat interioris taberna-
culi colūnæ octo, quomodo etiam istas decē quas ex-
terioris atrij cōmemorat accepturi sumus, tanq; ab
Occidēte duo sint ordines colūnarū, interiorū octo,
& exteriorū decem? Quod si ita est, longiora erant
etiā latera atrij exterioris, q̄ tabernaculi interioris,
vt sit vnde ab extremo in extremū alius columnarū

ordo dirigatur, & nō incurrat in ordinē priorē ad in-
terius tabernaculū pertinentē. Et si hoc est, cōsequēs
erit, vt vicenæ illæ colūnæ duorū laterū tabernaculi
interioris, Austrū & Aquilonis, interuallis breuiorib;
dirimātur, q̄ illæ vicenę quas habet atrium exterioris
ex eisdē lateribus. Et quia illi exteriores ordines vi-
cenarū columnarū, sicut scriptura loquitur, centena
cubita tenēt: isti interiores totidem columnarū quāli-
bet minus cubita teneāt, quoniā hoc scriptura nō ex-
pressit, cōsequens erit, vt octo colūnæ illę tabernacu-
li interioris in latere Occidētali rariiores sint quā
vicenę illę eiusdē tabernaculi Australes & Aquiloniæ:
vt possit cōprehendi spatium quātum sufficit decem
illis auleis circumtendendis, quibus primitus dixit
hoc tabernaculum fieri: habēt enim cubita vicena &
octona, quæ sunt simul ducētā octoginta. Quorum
si centena essent in laterib; duobus Austrū & Aquilo-
nis, vbi vicenarū columnarū ordines sunt, quadra-
ge na vtiq; cubita tenderēt per alia duo latera Orien-
tis & Occidētis, & proportioe occurrerēt in octo co-
lumnis cubita quadraginta, sicut in viginti colūnis
cubita cētum: sed non essent longiora latera exte-
rioris atrij, quoniā centenis cubitis definita sunt, & ideo
non esset quē admodum ille ordo decem columnarū
ab angulo Australi in angulū Aquiloniū includerēt
ordinem interiorū octo columnarū. Proinde vt atrio
vndiq; circū daretur interius tabernaculum, oportet
illud esse etiam longitudinis breuioris: atq; ita neces-
se sit, vicenas eius columnas in duobus lateribus qui-
bus in longū porrigitur densius constitui, quā sunt
atrij exterioris etiam ipsæ vicenæ: & rarius octo co-
lūnas tabernaculi interioris à parte Occidētali, quā
decem ex eadem parte atrij exterioris: quoniā quic-
quid minus cubitorum ex illis auleis extēditur in co-
lumnis vicenas duorum laterū ad Austrū & ad Aqui-
lonem. cōpensandū est latitudini Oriētali & Occi-
dētali lateris, vt ducenta octoginta cubita cōsum-
mentur auleorū. Non enim sicut de velis capillacijs,
vbi vnum plus est, ita & de his auleis iussit aliquid du-
plicari. Quia propter sit tantum breuiatur longitudo
tabernaculi interioris, quod ab atrio exteriorē pos-
set includi, vt in vicenis eius columnis non cētena cu-
bita tendantur auleorū, sed verbi gratia, vt minimū
nonagena & sena, vt quaterminus cubitis breuiora sint:
hęc ipsa quaterna cubita: id est, octo cubita in duo-
bus alijs lateribus vtiq; tendēda sunt Oriētali & Occi-
dētali: ac sic in illis octo columnis Occidētālibus
tabernaculi interioris nō extendūtur cubita quadra-
ginta, sed quadraginta quatuor, & alia quadraginta
quatuor ab Oriēte. Cum ergo in decem colūnis ex-
terioris atrij tendūtur cubita quinquaginta, in octo
autem interioris tabernaculi tenduntur cubita qua-
draginta quatuor, rariora inueniuntur interualla in-
teriorum octo columnarū quā exteriorum decem:
quia si paria essent, ita in columnis octo quadraginta
cubita tenderētur, sicut quinquaginta tendebātur in
decem: quoniam quod sunt proportione octo ad de-
cem, hoc sunt quadraginta ad quinquaginta, Quia
narium quippe numerū quadraginta octies habent,
quinquaginta decies. Nec nos mouerent columna-
rum interualla disparia, q̄ densiores in lateribus lon-
gitudinis ponerētur, vbi vicenæ sunt: rariiores autē
in latere latitudinis, vbi octo sunt, nisi aliud existeret
quod vrgeret mutare sententiā. Cum enim cōmemo-
rasset longitudinem atrij ad mare habere tētoria
quinquaginta cubitorū, & columnas decem, & bases
earū decē: & latitudinē atrij ad Orientem, item quin-
quaginta cubitorū, & columnas decem & bases decē:
atq; his dictis perfectā videretur forma tabernaculi
cum atrio suo vndiq; ambietē, iniecit aliud, quod vbi
& quomodo intelligēdum sit, difficile reperitur. Et
quiddecim, inquit, cubitorum tētoriorū altitudo la-
teri